



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Scholia In Primarias Preces Imperatoris**

**Chokier, Jean de**

**Coloniae Agrippinae, 1674**

XL. Illegitimi an sint capaces Precum

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62387](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62387)

leant? Vide Imo. & alios in cap. 2. de Institut. Fred. cap. si eo tempore, de Rescript. in 6. Fred. cons. 290 quia in presenti, col. 5. vers. videatis, Fely. in cap. cum adeo, nu. 2. de Rescript. Paul. Paris. cons. 125. vol. 4.

Precibus si non fuerit in aetate sufficienti quid iuris

Quid si tempore nominationis non erat in aetate sufficienti, sed tempore acceptationis, & collationis erat, subsistere collatio, etiamsi quæ hic requiritur dispensatio non intervenerit? subsistet, si Lucio credimus, in Placitis Curia Parisien. lib. 1. placitor. tit. 4. Placito 1. ratio est, quia in beneficiis attenditur status præsens, cap. cum de beneficio, de præbend. in 6. Et sufficit quod is reperitur habilis tempore Collationis factæ, text. in cap. si eo tempore, de Rescript. in 6. Abb. in cap. dilectus, il. 1. de Præbend. Fa. cap. 1. cum de præbend. in 6.

Illegitimi an capere Precum.

IN AUT DE LEGITIMO MATRIMONIO) Et sic vides illegitimos, nisi sic cum eis dispensatum. Precibus frui non debere. Et merito. Nam cum Cæsar surrogatus sit in locum Papæ, Philipp. Probis in tract. Reg. quest. 17. nu. 2. & idem eodem jure quo Papa uti debet, cap. is qui in ius, de Reg. iur. maxime in spiritualibus, in quibus pleno jure surrogatur Papæ: cap. per venerabilem, §. insuper, qui filij sunt legitimi. Deinde CÆSAR amator est castitatis, & legitimi thori, L. ita nobis pudor, C. de adul. & in Auth. de leonib. & ideo non videtur è mente ejus esse, ut illegitimi ejusmodi Precibus gaudeant, juxta illud: non erit filius ancillæ, cum filio liberæ, cap. satis, de sepult. cap. accensens, de purg. canon. Rursus interest Cæsaris ne filius sit paternæ incontinentiæ imitator juxta illud.

Sæpe solet similis filius esse patri. cap. 1. dist. 52. cap. fin. ubi DD. de filijs Presbyter. in 6. Præterea licet CÆSAR possit restituere quoad natalia, C. de Natalibus restit. non tamen ut sit ad beneficia habilis, ne circa idem plura specialia concurrant, L. 1. C. de dotis promiss. Arnulphus privileg. 10. nimirum laicum conferre beneficia, & restituere ad ea obtinenda. Ex quo inferitur, Restitutionem Natalium fieri à PONTIFICE, & habetur talis illegitimus tanquam si ab initio fuisset legitimatus, L. Imperiali, §. si nullo, C. de Nupt. proinde non requiritur ut collationem sequatur dispensatio, sed sufficit si præcedat, Abb. in cap. innotuit, coll. 2. de Electio. ubi dicit, quod sufficit dispensatio illius qui habet potestatem tollendi irregularitatem, vel incapacitatem ad hoc, ut collatio subsequens validetur.

De qua Le. collatione sic loquitur textus.

AD SEDEM APOSTOLICAM LEGITIME DEVOLUTA.) De hac devolutione præter textum in cap. cum in nostris, de concess. præb. cap. unico, ut Ecclesiast. benef. vide Rebuff. in praxi tit. de devolutionibus, ubi exactè materiam devolutionis prosequitur, & novissimè Nicol. Garcias in tract. de benef. parte 10. cap. 3. Ad rem verò nostram quod attinet, notandum est

PRIVILEGIUM  
REGULARIUM  
ET  
COMMENTARIA  
IN REGULAS  
CANCELLARUM  
APOSTOLICARUM  
L. 1.  
PRECES PRIMARIÆ  
G. III.  
8

est Preces non capere beneficia ad Sedem Apostolicam devoluta, ut hic habetur; secus ergo si sint devoluta ad immediatè superiorem: quando enim collatio spectat ad inferiores, tunc devolutio fit ad immediatè superiorem, qui superior non solum beneficium ad se devolutum conferre potest, sed etiam in possessionem inducere, *text. in cap. ex parte Hastensis, ubi Abb. de Concess. Prab.* Finge ergo Abbatem, Præpositum, vel alium alicujus diocesis in Germania Prælatum, ex privilegio, consuetudine, vel aliter jus conferendi beneficia habentem, occurrente illorum vacatione, ea intra sex menses non conferre, aut conferendo peccasse in materia vel forma, ad eò quod juris ministerio devolutio facta sit ad Episcopum (ad quem nimirum devolvuntur beneficia, quando collatio spectat ad inferiores, nisi tamen consuetudo vel privilegium sint in contrarium, ut in Exemptis, *Clem. una, ubi Card. de supplend. neglig. Prælat. Cl. si de beneficio, de præbend.*) Jan ejusmodi beneficia sic devoluta Precibus erunt affecta: Ita videtur; cum exceptio firmet Regulam in casibus non exceptis, *L. nam quod liquidè, § si. de Penul. Leg. Cagnol. ad Reg. 1 n. 31 & seq. de Reg. iuris.* Papa autem hic voluit non comprehendi beneficia ad S. Sedem devoluta, in alijs ergo secus erit: quod intellige nisi Papa prævenit immediatè superiorem: quia Papa potest concurrere cum Episcopo, Archiepiscopo, aut Capitulo ad quod facta est devolutio, *Abb. in cap. quia diversitate, de concess. Prab. Garcias de benef. part. 10 c. 4. n. 30.*

o NEQUE SUPER ILLIS INTER ALIQUOS LIS PENDEAT INDECISA )  
Sic nota, Preces Imperiales non capere litigiosa beneficia, nec etiam Precistam teneri illa acceptare, *Philip. Probus, tract. iur. Regal. quæst. 27 n. 10.* si tamen sciens illud esse litigiosum, requirat, ut acceptet: tunc prosequi tenebitur, ut notat idem Probus, *tract. de Pensio, part. 2. q. 4.* atque hoc est generale in Expectativis, ut illæ non capiant beneficia litigiosa, ut tenet Bonifacius de Vitalinis Rotæ auditor. *in Clem. 1. col. 2. ut lite pen. Rot. a decis. 28. de concess. Prab. in Antiq. quod fallit si quis impetraret gratiam à Papa in forma juris, puta si constiterit Titium fuisse homicidam: Nam si lite pendente Titius moritur, poterit Precista tale beneficium acceptare, Gomes. ad Reg. de Trien. quæst. 40 & sic adverte quod hic dicitur Preces non capere beneficia litigiosa, verum esse quando post litem inceptam illæ concessæ sunt, secus si ante, Gomes. ad d. Reg. quæst. 41.*

Sed quid si lis sit notoriè frivola? Certè, par est Precibus esse locum, cum lis injusta, vel calumniosa non inducat vitium litigiosum, *L. 1. ff. de litigios.* Gomes. ad Reg. de Annal. quæst. 45. Mandos. ad Reg. de surrogan. Collig. quæst. 11. n. 6. ut & si lis fuerit super possessione tantum: cum vitium litigiosum in beneficiis non inducatur, si lis tantum sit super possessione illorum, *VVames. conf. 251. nu. 9. de Prab. Mandos. ad d. Reg. quæst. 13. nu. 4.* ubi multos allegat; denique si mota sit

lis con-

Preces nō  
afficiunt  
beneficia  
litigiosa.